

---

**BOLETIN ECLESIASTICO**

DEL

**OBISPADO DE SALAMANCA.**

---

Saldrá el primero y tercer Jueves de cada mes, ó en algun otro dia, como disponga el Prelado.—Se suscribe únicamente en esta Ciudad y casa de D. Telesforo Oliva, calle de la Rua, núm.º 25, á seis reales cada trimestre dentro y fuera de la Ciudad, franco de porte.—No se venden números sueltos.—Las reclamaciones se dirigirán al Director del Boletín, en carta franca que no admitirá sin este requisito.

---

**INSTRUCCION PASTORAL***dirigida por el Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo***A SUS DIOCESANOS****sobre la Semana Santa.**

Al aproximarse esos preciosos dias que la Santa Iglesia Católica consagra á la celebracion de sus mas augustos Misterios, nuestro corazon se siente impulsado por el tierno amor que os profesa, á dirigiros algunas, aunque breves palabras, á fin de escitaros al recogimiento y á la meditacion, indispensables para recibir en ellos el fruto, que la divina liberalidad del Señor nos prepara. Pues si bien es cierto que las entrañas de su misericordia están siempre abiertas para acoger nuestras humildes súplicas, que nos ha prometido escuchar en cualquier dia que le invoquemos, tambien lo es, que los inescrutables designios de su Providencia distinguen ciertas épocas en la vida del hombre, que el Apóstol llama tiempo saludable, dias



de salud eterna, de cuyo buen uso y aprovechamiento depende nuestra suerte por toda la eternidad. Entre los cuales ningunos ciertamente se encuentran con mas derecho á ser contados en este número, que aquellos que componen la semana llamada Santa por excelencia; «semana grande, como la titula San Juan Crisóstomo, no porque contenga mayor número de dias, ó porque estos sean mas largos, sino en razon de los grandes Misterios que en ellos ha obrada el Señor. Pues en estos dias quedó destruida la tiranía del demonio, desarmada la muerte, borrada la culpa juntamente con su maldicion, abierto el cielo, y los hombres se hicieron compañeros de los Angeles.» (1)

Con razon la Iglesia ha venido disponiendo á sus hijos para estas santas festividades por medio del prolongado ayuno, y la abstinencia de la Cuaresma, por la mas frecuente dispensacion de la divina palabra, y por la gracia de la Penitencia Sacramental, a que nos invita en cumplimiento de sus sagrados preceptos. En los primitivos siglos del cristianismo, cuando la piedad de los fieles estaba en todo su vigor, las austeridades se redoblaban al entrar en los primeros dias de la Semana Santa; durante toda ella los alimentos se limitaban á un poco de pan con sal, y algunas legumbres crudas; ley que segun San Epifanio se observaba por la generalidad de los fieles. El fervor de algunos de estos llegaba hasta el punto de privarse de todo sustento durante tres ó cuatro dias, y aun la semana entera. (2)

Multiplicábanse tambien las limosnas en este santo tiempo, considerándose los Cristianos mas estrechamente obligados al ejercicio de la caridad conforme se aproximaban los dias que nos recuerdan los prodi-

(1) S. Crisost, in Ps. 144. (2) S. Epiph. Expos. Fidei n.º 9.



gios de amor de un Dios humanado, para socorrer la miseria del hombre caído en la culpa. Los Emperadores se gloriaban también en ejercitar aquella sublime virtud, concediendo indulto á los delincuentes y libertad á los encarcelados, de lo que nos han quedado claros y solemnes testimonios en sus venerandos Códigos: (1) mientras que las Constituciones Apostólicas mandaban que los sirvientes cesasen de toda labor, porque siendo este el tiempo de la Pasión del Señor, tienen necesidad de acudir á los Templos para ser instruidos en aquellos grandes misterios. (2)

Estas ligeras indicaciones os dan á conocer cuales son las preparaciones que debeis hacer para celebrar dignamente los dias solemnes que se acercan: porque si os creéis obligados, segun la ley de la Iglesia, á mortificar vuestra carne con el ayuno durante la cuaresma. ¿Cómo podeis figuraros que al tocar á su término vuestros cultos sean aceptables á los ojos de un Dios crucificado, si nacen de un corazon donde reinan aun las pasiones? Si arrastrados por los remordimientos de vuestras conciencias os acercáis á los pies de aquel sagrado leño, donde se consumó el pacto de nuestra reconciliacion con un Dios justamente airado, qué misericordia esperáis encontrar para vosotros mismos, si negáis á vuestros hermanos el perdon de las injurias, ó si le cerráis la puerta de la caridad, cuando viene á solicitaros un socorro para la desnudez y para el hambre? Mas si por el contrario al ejercicio de la mortificacion, y de la caridad, unís la oracion atenta, devota, fervorosa, cual lo pide la grandeza de estas solemnidades, entonces será cuando podreis prometeros una participacion abundante en los tesoros de los

---

(1) Cod. Theod. lib. IX. tit. 38. de Indulg. Criminum.

(2) Constit. Apost. l. VIII. Cap. 33.



Cielos, que ahora se nos abren. Pongamos pues todo el cuidado que sea posible, como nos encarga San Bernardo, apliquemos toda la atencion de nuestra alma, á fin de que la conmemoracion de estos grandes misterios no pase para nosotros en vano. Dios va á derramar sobre vosotros sus mas abundantes bendiciones. A fin de que estas nos alcancen, hagamos que nuestros corazones sean penetrados de piedad y devocion. Contengamos nuestros sentidos bajo la mas severa disciplina, purifiquemos nuestras conciencias, santifiquemos nuestras afecciones, preparemos nuestras almas para admitir en sí aquellos escelentes dones, que se reparten en mayor abundancia á los que mejor dispuestos esten para recibirlos. (1) Pensemos que quizá será este el último año de nuestra vida, en que nos sea dado aprovecharnos de una dispensacion tan amplia de la divina misericordia, de cuyo buen ó mal uso acaso dependa nuestra suerte eterna. ¡Cuántos de los que con nosotros celebraron la Semana Santa del año anterior han comparecido á estas horas ante el Supremo Juez á dar estrecha cuenta del fruto que sacaron de estas gracias! ¡qué no dieran muchos de ellos por volver á la vida en el presente para expiar con los rigores de la penitencia las iniquidades, que ya no tienen remedio! Escarmentemos en cabeza ajena, y no demos lugar á que el Señor pronuncie sobre nosotros la sentencia, que comunicó á su siervo Moyses contra los infractores del dia solemnisimo de la Expiacion: «Cualquiera que en este dia no hiciere penitencia, será exterminado de entre sus gentes, y Yo raeré su nombre de la lista de su pueblo.» (2) Dado en nuestro Palacio Episcopal de Salamanca á 22 de Marzo de 1855.—FERNANDO, Obispo

---

(1) S. Bernad, de Pass, Dom. Serm, 4. (2) Levit. XXIII, 29.



de Salamanca.—Por mandado de S. E. I. el Obispo  
mi Sr.—José Garcia Mena, Srio. interino.

---

Prosequitur Memorialis Rituum insertatio.

TITULUS VI.

DE SABBATO SANCTO.

CAPUT I.

DE PRAEPARANDIS PRO OMNIBUS  
FUNCTIONIBUS, IN HAC DIE PERSOLVENDIS.

Extra Portam principalem.

1. *Mensa cum mantili albo, et super eum.*
2. *Legile parvum cum Missali.*
3. *Patera argentea cum quinque globulis Incensi.*
4. *Thuribulum, et Navicula cum thure.*
5. *Vas Aquae benedictae cum Aspersorio.*
6. *Manipulus, Stola, et Dalmatica albi coloris.*
7. *Laterna cum Candela.*
8. *Item prope Mensam, Tripes cum foculo, in quo  
carbones accendendi, pro novo Igne.*
9. *Forcipes ferreae.*
10. *Arundo ornata cum tribus Candelis in summi-  
tate.*

In Altari majori.

1. *Altare cum Cruce, et Candelabris festivis.*
2. *Duplex in eo Pallium, album subtus, et viola-  
ceum desuper.*
3. *Pes ligneus, vel basis marmorea in latere Evan-  
gelii pro firmanda Arundine.*
4. *Legile pro Praeconio.*
5. *Cereus benedicendus, aptatus in Candelabro mag-*



no a latere Evangelii, cum ellychnio concinnato ad prompte flammam recipiendum, cum quinque foraminibus in modum Crucis.

6. *Lampades compositae.*

In Abaco Altaris Majoris.

1. *Mensa mantili albo cooperta.*
2. *Missale pro Praeconio, et Missa.*
3. *Calix cum ornamentis coloris albi.*
4. *Pelvicula cum Urceolis vini, et aquae, et Manutergio.*

In Sacristia.

1. *Quatuor Superpellicea pro Clericis; Amictus, Alba, Cingulus, Stola, et Pluviale coloris violacei, Manipulus, Stola, et Planeta violacea.*
2. *Manipulus, Stola, et Planeta coloris albi.*
3. *Velum pro humeris albi coloris.*
4. *Cerei pro asportatione Pysidis.*

In Baptisterio, si adsit.

1. *Mensa cooperta albo mantili pro Abaco.*
2. *Manutergia num. duo.*
3. *Vas pro Aqua benedicta, et Aspersorium.*
4. *Vasa ad extrahendam Aguam e Fonte.*
5. *Ampullae Oleorum Chrismatis, et Catechumenorum.*
6. *Vasa ad lavandas manus cum mica panis.*
7. *Bombacium ad manus inunctas tergendas.*

Pro-Baptismo, si ministrandus.

1. *Rituale Romanum.*
2. *Pelvicula cum Sale.*
3. *Vasa Oleorum Catechumenorum, et Chrismatis cum Bombacio.*
4. *Stola, et Pluviale albi coloris.*
5. *Linteolus ad abstergendum caput Infantis.*



6. *Alius Linteus aptatus pro Vestē candida.*
7. *Cereus accendendus.*

## CAPUT II.

### DE SACRIS RITIBUS SABBATO SANCTO PERAGENDIS.

#### §. I. *De principio Officii, usque ad Benedictionem Cerei.*

1. Extra Ecclesiam excutitur novus Ignis e silice, et acceduntur carbones in foculo.
2. Hora competentī, *quatuor Clerici* accipiunt Superpellicea in Sacristia, et disponunt omnia suis locis.
3. Dato signo cum Crotalo, Celebrans, lotis manibus, accipit supra Cottam, Amictum, Albam, Cingulum, Stolum, et Pluviale coloris violacei.
4. Proceditur ad Portam principalem, hoc ordine. Primus Clericus manibus junctis. Tercius Clericus cum Cruce Processionali. Celebrans inter Clericos secundum, et quartum.
5. Extra portam Clericus cum Cruce sistit in limine Porte, renes eidem vertens, facie Crucifixi versa ad Celebrantem.
6. Celebrans ante Mensam collocatam inter ipsum, et Crucem.
7. Ibidem stans, et ex Missali super legile, legens, benedicit Ignem tribus Orationibus, deinde unica Oratione Grana Incensi.
8. Dum Celebrans benedicit Incensum, primus Clericus accipit forcepe novum Ignem benedictum, et ponit in Thuribulo.
9. Celebrans imponit cum benedictione, et osculis Incensum in Thuribulo, deinde aspergit Ignem, et



Grana, dicens *Antiph. Asperges me etc.* et eadem thurificat.

10. Thuriferarius recepto Thuribulo ponit alium novum Ignem in eo.

11. Celebrans, deposito Pluviali, ac Stola coloris violacei, accipit Manipulum, Stolam in humero sinistro, more Diaconorum, et Dalmaticam albi coloris.

12. Interim secundus Clericus accendit candelam de novo Igne, et recondit in Laterna, et quartus accipit pateram cum granis Incensi.

13. Celebrans iterum ponit Incensum in Thuribulo cum benedictione, et osculis, et postea accipit Arundinem.

14. Proceditur ad benedictionem Cerei, ordine sequenti.

Clericus cum granis Incensi a dexteris, et Thuriferarius a sinistris.

Tertius Clericus cum Cruce.

Celebrans cum Arundine, et secundus Clericus cum Laterna a sinistris ejus.

15. Clerici cum Granis, Thuribulo, et Cruce ingrediuntur Ecclesiam, et sistunt quando Celebrans ingressus fuerit januam Ecclesiae.

16. Celebrans ingressus Ecclesiam inclinat Arundinem, et accensa ex laterna una ex tribus candelis per secundum Clericum, genuflectit, genuflectentibus omnibus, excepto tantum Clerico portante Crucem.

17. Celebrans genuflexus, clara voce dicit: *Lumen Christi*: tum surgit, surgentibus omnibus, et Clerici respondent: *Deo gratias*.

18. Proceditur usque ad medium Ecclesiae, ubi secundo fiunt omnia, ut supra, accensa secunda candela; praeter modulationem vocis, quae alta esse debet.

19. Proceditur tandem ante gradus Altaris, et accensa tertia candela, tertio fiunt antedicta cum altiori voce.



§. II. De Benedictione Cerei.

1. Responso pro tertia vice, post *Lumen Christi*, a Clericis *Deo gratias*, surgunt omnes, et formant rectam lineam cum Celebrante in medio eorum ante Altare.

2. Secundus Clericus secedens deponit Laternam super credentiam, et accipit Missale pro Praeconio, et tradit illud Celebranti, qui vicissim dat illi Arundinem.

3. Celebrans, tenens Missale in manibus, genuflectit in infimo gradu Altaris, et non praemisso: *Munda cor meum*, dicit tantum *Jube Domine benedicere. Dominus sit in corde meo, et in labiis meis, ut digne, et competenter annuncient suum Paschale Praeconium. Amen.*

4. Deinde surgens, ac facta cum omnibus genuflexione Altari, accedit ad Legile paratum in plano Evangelii pro Praeconio hoc ordine.

Thuriferarius habens a dexteris quartum Clericum cum Granis Incensi.

Tertius Clericus cum Cruce habens a sinistris secundum Clericum cum Arundine.

Celebrans cum Missali.

Cum pervenerint ad Legile, supradicti sic apud illud se disponunt recta linea, et vertentes faciem sicut Celebrans.

1. Celebrans ponit Missale super Legile.

2. Clericus cum Cruce a dextris Celebrantis.

3. Thuriferarius a dextris supradicti cum Cruce.

4. Clericus cum Arundine a sinistris.

5. Clericus cum Granis a sinistris Arundinis.

6. Celebrans accedente Thuriferario incensat Missale apertum super Legile, et incipit Praeconium: *Exultet etc.* clara, et hilari voce.



7. Ad verba: *Curvat Imperia*, infigit grana Incensi, hoc ordine:

1  
4 2 5  
3

8. Quartus Clericus deponit in credentiã pateram, ubi erant grana Incensi, et accipit virgam cum Candelula superinflexa, et redit ad (1) pristinum locum a sinistris Clerici cum Arundine.

9. Ad verba: *Rutilans ignis accendit*, Celebrans ex Arundine Cereum accendit.

10. Ad verba *Apis mater eduxit*, quiescit donec quartus Clericus ex Cereo, per Candelulam in virga, lampadem, vel lampades accendat.

11. Finito Praeconio Celebrans claudit Missale: secundus Clericus firmat Arundinem in sua basi a latere Evangelii, tertius deponit Crucem in latere Epistolae.

12. Deinde, praecedentibus Thuriferario cum Clerico de granis a sinistris, ac secundo, et tertio Clerico, facta genuflexione Altari, revertitur in Sacristiam.

13. Ibi depositis paramentis albis, accipit Manipulum, Stolam, et Planetam coloris violacei.

### §. III. De Prophetiis.

1. Celebrans paratus, ut supra, praecedentibus Clericis, procedit ad Altare.

2. Facta reverentia Cruci, ascendit ad Altare, osculatur illud in medio, et accedit ad cornu Epistolae.

3. Ibi alta voce legit duodecim Prophetias, Ora-

---

(1) *Bauldr. p. 4. cap. 11. art. 3. n. 7.*



tiones, et Tractus: genuflectens cum omnibus, dum ante Orationes, excepta ultima, dicit: *Flectamus genua*: et Clericus surgens respondet *Levate*.

4. Completa ultima Oratione, Celebrans, facta ibidem reverentia Cruci, descendit ad scabellum in plano Epistolae, et deponit Planetam, et Manipulum.

5. *Si Ecclesia habuerit Fontem Baptismalem. Celebrans accipit Pluviale violaceum, et sedet. Si autem Fontem non habet, accedit sine Casula ante Altare pro Litaniis, ut infra §. VI.*

6. Procedamus nunc ad Benedictionem Fontis, ne aliquid in hoc Memoriali desideretur.

#### §. VI. De Benedictione Fontis.

1. Sedente Celebrante, ut supra, primus Clericus amovet Cereum accensum e Candelabro, et accedit ante Altare.

2. Tertius Clericus accipit Crucem, et similiter venit ante Altare.

3. Duo alii Clerici accedunt ad Celebrantem.

4. Celebrans surgens incipit alta voce Tract. *Sicut Cervus etc.* ut infra, quod lente prosequetur cum suis Clericis.

5. Inchoato Tractu, dirigitur Processio ad Fontem, facta reverentia Altari, hoc ordine.

Clericus cum Cereo.

Clericus cum Cruce.

Celebrans medius inter Clericos, recitans, tecto capite, Tractum.

✠. Sicut Cervus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat Anima mea ad te Deus.

✠. Sitivit Anima mea ad Deum vivum: quando veniam, et apparebo ante faciem Dei?



★. Fuerunt mihi lacrymae meae panes die, ac nocte, dum dicitur mihi per singulos dies: ubi est Deus tuus?

6. Ante cancellos Fontis sistant omnes, et Celebrans, facie versa ad Crucem, expleto Tractu, dicit: *Dominus vobiscum*, et Orationem: *Omnipotens sempiternae Deus etc.*, sustinente librum quarto Clerico.

7. Clericus cum Cereo, et deferens Crucem ingrediuntur Cancellos Baptisterii, si loci capacitas sinat: stabunt vero semper ante faciem Celebrantis.

8. Celebrans accedit prope Fontem, et dicit secundam Orationem, et Praefationem, ut in Missali, tenens semper manus junctas.

9. Intra Praefationem, juxta proprios Rubricae locos, haec peragit.

1. Post verba: *Gratiam de Spiritu Sancto*: dividit Aquam manu dextera in modum Crucis, et immediate manum tergit.

2. Post verba: *Non inficiendo corrumpat*: tangit Aquam manu, et deinde tergit.

3. Post verba, *Indulgentiam consequatur*: facit tres Cruces supra Fontem manu dextera.

4. Post verba: *Super te ferebatur*, dividit manu dextera Aquam, et effundit versus quatuor Mundi partes, Orientem, Occidentem, Aquilonem, et Austrum, hoc modo.

1

3 4

2

5. Post verba: *In nomine Patris etc.* mutat vocem in modum lectionis.

6. Post verba, *Tu benignus adspira*: halat ter in Aqua in modum Crucis.



7. Post verba: *Purificandis mentibus efficaces*: immittit aliquantulum Cereum in Aquam, dicens *Descendat in hanc plenitudinem etc.* et extrahit. Immittit secundo profundius, et tono aliquando altiori repetit: *Descendat in hanc etc.*, et pariter extrahit. Immittit tertio usque ad fundum, et altiori adhuc voce repetit: *Descendat etc.* et non extrahit.

8. Ter sufflat immediate in Aquam in formam Tridentalem, juxta figuram in Missali, et prosequitur: *Totamque hujus aquae etc.*

9. Post verba: *Focundet effectu*: extrahit Cereum, qui panno abstergitur.

10. Prosequitur Praefationem, quam concludit humiliori voce, dicendo: *Per Dominum nostrum etc.* et Adstantes respondent: *Amen.*

11. Secundus Clericus accipit Vas pro Aqua benedicta, et cum eo haurit Aquam ex Fonte.

12. Celebrans, accepto aspensorio intincto in Aqua Fontis, aspergit se, et circumstantes; Deinde, medius inter Clericos, aspergit omnes per Ecclesiam dicta Aqua, et revertitur ad Fontem.

13. Extrahitur Aqua benedicta pro Fontibus lustralibus, Benedictionibus Domorum, et Esculentorum, ac Aspersione in crastinum.

14. Celebrans accedens ad Fontem, infundit in Aquam Oleum Catechumenorum in modum Crucis, dicens: *Sanctificetur etc.*

15. Deinde similiter Chrisma, dicens: *Infusio Chrismatis etc.*

16. Tandem infundit simul utrumque Oleum, pariter in modum Crucis, dicens: *Commixtio Chrismatis etc.*

17. Miscet manu sua Olea infusa cum Aqua, et spargit per omnem Fontem.

18. Abstergit manum Bombacio: deinde lavat manus cum mica panis.



§. V. De Baptismo Parvulorum.

Duo potissimum (verba sunt Ritualis Romani) ex antiquissimo Ecclesiae ritu, sacri sunt dies, in quibus solemniter caeremonia hoc Sacramentum administrare maxime convenit: nempe Sabbatum Sanctum Paschae, et Sabbatum Pentecostes, quibus diebus Baptismalis Fontis Aqua rite consecratur; Ad Parvulorum igitur Baptismum, solemniter administrandum, Celebrans, expleta, ut supra, Fontis Benedictione, ordine, ut infra, procedat.

1. In fine Benedictionis Fontis disponuntur Baptizandi cum eorum Patrini extra limen Ecclesiae.

2. Celebrans, lotis manibus, praecedente Clerico cum Cruce, et remanente apud Fontem alio Clerico cum Cereo, accedit cum aliis duobus Clericis ad limen Ecclesiae.

3. Ibi Celebrans procedit, ut in Rituali ad Catechismum etc. usque ad introductionem Infantis in Ecclesiam, pro qua.

4. Celebrans imponit super infantem extremam partem Stolae, pendentem a suo humero sinistro, et introducit eum in Ecclesiam, dicens *N. Ingredere in Templum Dei etc.*

5. Deinde dicto: *Credo, et Pater noster*, versis renibus ostio cancellorum Baptisterii, dicat Exorcismum: tangat saliva aures, et nares Infantis: eundemque Oleo Catechumenorum ungat in pectore, et inter scapulas.

6. Stans ibidem extra cancellos Celebrans deponit Pluviale, et Stolam coloris violacei, et sumit Stolam, et pluviale albi coloris.

7. Praecedente Cruce ingreditur Baptisterium, in quod ingrediuntur Patrini cum Infantibus.



8. Celebrans ad Fontem interrogat: N. *Credis etc. N. Vis baptizari?*

9. Responso a Patrino: *Volo*, Celebrans procedit ad Baptismum.

Vel per Immersionem, si in Baptisterio sit tantummodo unicus Fons continens Aquam benedictam.

Vel per infusionem, si habeatur duplex Fons: Alter cum Aqua benedicta, et alter vacuus, qui per foramen excurrere faciat in Sacrarium Aquam baptismalem, profluentem e capite Infantis baptizati super eundem Fontem vacuum.

10. *Si baptizet per Immersionem*: Celebrans, accipiens Infantem, ac ipse solus eum sustinens, caute caput ejus immergit, et trina mersione baptizat, et semel tantum dicit: N. *Ego te Baptizo etc.* et Infantem, completa forma, statim tradit Susceptoribus.

11. *Si vero per Infusionem*: tunc Patrino, vel Matrino, utroque Infantem tenente super altero Fonte vacuo sine aqua, Celebrans vasculo accipit Aquam Baptismalem ex altero Fonte, et de ea ter fundit supra caput Infantis in modum Crucis, et simul verba proferens, semel tantum, distincte et attente dicat: N. *Ego te baptizo etc.*

12. Absterse capite Infantis, Celebrans dicens: *Deus omnipotens etc.*, Sacro Chrismate inungit summitatem capitis Baptizati.

13. Deinde, data Veste candida, et Candela accensa, et dicto: N. *Vade in pace etc.* Patrimos admonet, et Parentes Infantis admoneri curat, ut in Rituali.

14. Celebrans lavat manus, et depositis Pluviali, ac Stola albis, resumit Stolum, et Pluviale violaceum.



§. VI. *De Litanis, et Missa cum Vesperis.*

1. Praecedente Clerico cum Cereo, Cruce Processionali, Celebrans subsequitur cum suis Clericis, et redit ante Altare.
2. Cereus figitur proprio Candelabro et Crux deponitur in Cornu Epistolae.
3. Celebrans, stans ante Altare, deponit Pluviale tantum.
4. Idem genuflexus, omnibus similiter genuflectentibus, recitat Litanias ex Missali, posito super scabello ante seipsum.
5. Clerici respondent, et repetunt omnia, quae Celebrans dicit.
6. Ad Vers. *Peccatores*, tollitur Pallium violaceum ab Altari: accenduntur Candelae, et vasa florum inter candelabra apponuntur.
7. Celebrans prosequitur Litanias, usque ad *Christe exaudi nos*: inclusive.
8. Surgit Celebrans, et praecedentibus Clericis, accedit in Sacristiam; ubi, deposita Stola violacea, accipit Manipulum, Stolam, et Planetam albi coloris.
9. Celebrans comitatus a Clericis, ut supra, redit ad Altare, ante cuius gradus facit Confessionem de more; cum Psalm. *Judica me etc.* et *Gloria Patri*.
10. Ascendit Altare, completaque Oratione: *Aufer a nobis etc.* in ejus medio dicit immediate *Kyrie eleison*, ut alias, cum non legatur Introitus.
11. Ad *Gloria in excelsis*: pulsantur Campanae, quae usque ad hanc horam siluerant.
12. Post Epistolam Celebrans dicit ter *Alleluja*, elevando gradatim vocem, et Clerici, post quamlibet vicem, in eodem tono repetent illud, et Celebrans prosequetur Vers., et Tractum.
13. Non dicitur *Credo*, et post *Dominus vobis-*



*cum*, non legitur Offertorium: Non dicitur *Agnus Dei*, neque datur hodie osculum Pacis.

14. Loco Antiph. *Communio*, dicuntur *Vesperae*, ut in Missali: videlicet.

15. Celebrans in cornu Epistolae dicit Ant. *Alleluja etc.* et cum Clericis prosequetur Ps. *Laudate etc.* et in fine repetitur *Alleluja*.

16. Deinde subdit: Ant. *Vespere autem etc.* cum *Magnificat*.

17. Repetita Ant. *Vespere etc.*, Celebrans accedit ad medium Altaris, osculatur illud, et versus ad Populum dicit: *Dominus vobiscum*, et postea Orationem in solito cornu Epistolae.

18. Post *Ite Missa est*, additur *Alleluja, Alleluja*.

19. Completo Evangelio S. Joannis, revertitur in Sacristiam, et Missalia paramenta deponit.

### §. VII. De Reportatione Pyxidis.

1. Celebrans accipit super Cottam, Stolam albam, et praecedentibus Clericis cum cereis, et alio cum Bursa Corporalium, et Velo humerali, accedit ad locum, ubi asservatur Pyxis cum Particulis.

2. Ibi, adhibitis debitis genuflexionibus, accipit velatis manibus Pyxidem, quam portat in solito Tabernaculo servandam.

3. Revertitur in Sacristiam, in qua, depositis Sacris Vestibus, legit Ant. *Trium puerorum etc.* cum *Alleluja*, et Canticum, et Psalmum, et Orationem pro gratiarum actione.

4. Interim per Clericos extinguuntur cerei Altaris.

5. Item tres candelae in cuspide Arundinis quae amplius non accenduntur, et Arundo ipsa amovetur omnino.

6. Item extinguuntur Cereus Paschalis: qui tamen,



remanens in suo Candelabro, accendetur in Missis in omnibus Dominicis, ac festis Domini, et Sanctorum de praecepto; et usque ad Evangelium inclusive in die Ascensionis Domini; quo dicto, Cereus extinguitur, et completa Missa, removetur e Candelabro, et servatur accendendus in Vigilia Pentecostes ad Benedictionem Fontis.

Sanctificato hucusque, Sacris Ritibus, Sabbato, Paschalibus initiato mysteriis; aequali Religionis cultu properetur ad Dominicae Resurrectionis diem. Dies, *Nobilitas* (1) *Anni*, *Mensium Lux*, *Alma dierum*, *Horarum splendor*. Dies, quam fecit Dominus. Exultemus igitur, et laetemur in ea, suffulti meritis, et intercessione praecelsae Genitricis Dei Mariae, quam cum S. Methodio experiamur: (2) *Gaudium nostrum ineffabile*. Amen.

---

*Continua el Catálogo de los Sres. Obispos que ha tenido esta Santa Iglesia Catedral, con expresion del año en que comenzó su Pontificado.*

19. Gerardo, de este Obispo hace mencion el Papa Inocencio III en la Epistola 97. . . 1121
20. Munio, de él hace mencion el Papa Inocencio III en la Epistola 97. . . . . 1124
21. D. Gonzalo, 2.º de este nombre. . . . . 1126
22. D. Juan, 1.º de este nombre. . . . . 1127
23. D. Alonso, 1.º de este nombre. Asistió en el Concilio Rems celebrado contra Pedro Abelardo año 1130; murió en el camino y está enterrado en el Monasterio

---

(1) *Ex Hymnario S. Gregorii.* (2) *In Homil. de Purific. B. M.*



- Cluniacense de Francia. . . . . 1150
24. D. Martin, 1.º de este nombre; en su tiempo comenzó Salamanca á ser de la Metrópoli de Santiago. El Papa Calisto II escribe una carta á este Prelado mandándole la obediencia al Arzobispo de Santiago. 1154
25. D. Pedro, fué Obispo electo en Cisma, año 1155, de él hace mencion y de sus delitos S. Bernardo, y como el Papa Inocencio le depuso en la Epistola 212. 1155
26. D. Alonso, 2.º de este nombre, Canónigo de Santiago, electo en Cisma.
27. D. Berengario, Arcediano de Salamanca, Cancelario del Rey D. Alonso el 7.º, hizo guerra á los Moros de Ciudad-Rodrigo y los venció y la ganó; fué el 2.º Arzobispo de Santiago. . . . . 1154
28. D. Ordoño, en su tiempo dos Caballeros de Salamanca D. Suero Fernandez y Don Gomez, dieron principio al Orden militar de Alcántara. . . . . 1159
29. D. Navarrañ, murió año. . . . . 1177
30. D. Pedro Suarez, 2.º de este nombre; el Papa Alejandro III le eligió Obispo de Salamanca, le ordenó de Sacerdote, y le consagró Obispo de su mano, dióle el Capelo de Cardenal. En su tiempo se celebró en Salamanca el 1.º Concilio Compostelano. 1181
- Por su causa aprobó el mismo Pontífice el Orden militar de Santiago. En su tiempo se erigió en Convento de Canónigos Reglares la Ermita de Nuestra Señora de la Vega. Tambien se fundó en su tiempo la Parroquia de San Bartolomé, año 1180. Fué electo Arzobispo de Santiago año 1183.



31. D. Vital. En su tiempo se fundó la Iglesia de S. Nicolás, y se celebró el 2.º Concilio de Salamanca. . . . . 1194
32. D. Gonzalo 3.º, en su tiempo se fundó la Iglesia de la Magdalena. . . . . 1200
33. D. Ordoño, 2.º de este nombre. En su tiempo se fundó la Universidad. . . . . 1202
34. D. Martin, 2.º de este nombre, Cardenal de Roma. . . . . 1203
35. D. Gonzalo 4.º En su tiempo se fundó la Parroquia de San Pedro que fué convento de San Agustin, la de Santa María de los Caballeros y la Parroquia de S. Millán. . 1214

(Se continuará).

---

## ESTUDIO

SOBRE

# LA ELOCUENCIA SAGRADA

por el Doctor

D. MANUEL MUÑOZ Y GARNICA,

*Presbitero, predicador de S. M.*

*Canónigo Lectoral de la Santa Iglesia de Jaen y Director del Instituto Provincial, etc. etc.*

Consta de un tomo de cerca de 300 páginas en 8.º francés prolongado, encuadernado á la Inglesa.  
Se vende á 16 rs. en la librería de Oliva.

---

IMPRESA DE D. TELESFORO OLIVA.